

Hac Petrus Paulusque; uno sub corpore
bini,

Fabrica natura mira, iacemus humo.

Cuique suum fuit & manuum, fuit oris o-
pusque

Vesica, ast unum ventris opusque fuit.

Iunxere, extremae partes nos corporis ambos

Quas neuter simul, & dica: uterque suas.

Neutra ex parte pedes: Capita ex utraque
fuerunt

Bina, sed è medio corpore planta fuit.

Bina fuit medio, quæ corpore planta deor-
sum

Pèdebat, sursum quinta erat: Una manus

Non verò nobis unus somnusque cibusque

Nec risus nobis, fletus & unus erat:

Somno membra dabat unus, ridebat & alter.

Sugebâtque unus flens quoque & alter
erat.

In Florentina natos, nos fluminis Arni

Valle, dedit patriæ, nos pia cura patris.

Inde alti, & sacro pariter de fonte levati,

Viximus ambo decem bis totidemque dies.

Quid nunc Neptunum: Quid nunc Ia-
numque bisfrontem

Mirari, stygiæ ternæ quid ora canis?

Et quid Geryonis tria corpora? scilicet unum

Nos corpus, binas nos animasque lege.